

spatio, & in motu admittunt immediatam partem indivisibili initiativam spatio, & motus, & in ea parte dicitur motus incipere, & eam primo pertransire. Sed plane repugnat admittere primam partem motus, vel temporis etiam indeterminatam, repugnat admittere partem temporis, vel motus etiam in eo sensu immediatam indivisibili initiativam motus, vel temporis, aut terminativam, tum quia ex tali primitate, & immediate dicitur debere determinari, unde implicat in adjecto dari primam partem, & immediate tam indivisibili initiativam indeterminatam, & confusam, tum quia saltem Deus, qui eam creavit, perfectè discerneret, potius ergo eam non discernit, quia nec est, nec habilis est aliqua pars etiam ad primam ad ultimam, & immediata indivisibili initiativa, ut aliqua alia prior non sit assignabilis, nam utique pars illa indeterminata, quæ sic immediata ponitur, adhuc divisibilis foret.

Averſa quæſt. 22. ſect. 7. explicat, ideò Ariſt. diſſiſſe, partes continui eſſe infinitas in potentia, & hac ratione pertransiri poſſe, non autem ſi ponantur infinitæ in actu, quia partes infinitæ primo modo dumtaxat conſtituunt magnitudinem finitam, eò quod ſunt ſemper minores, & minores, & una in aliam incluſa, & ita facile pertransiri poterunt, quatenus conſtituunt intra finitam extensionem, quod cerè de partibus actu infinitis dici non poſſet, ſubdit tamen, has infinitas partes pertransiri non poſſe, quatenus infinitæ ſunt in multitudine, hoc eſt non poſſe diſtinctè numerari omnes à prima ad ultimam, ſed pertransiri tantum, quatenus conſtituunt finitam magnitudinem, quæ fuit expoſitio Pendaſi 8. Phyl. par. 85. ubi docet, partes continui, ut plures, eſſe impertransibiles, non ut ſacpe unum, & ideò continuum abſolvi per motum, ut unum quoddam totum extenſum, non ut multa, itaque Ariſt. ait, infinitas partes eſſe in continuo potentia, non actu, quatenus in eo non terminantur propriis terminis, nec ſunt extra ſe invicem, ſed minores includuntur in maioribus; eam verò determinationem accipiunt partes per diſſiſſionem, vel ſignationem, dum in continuo, in quo eſt unum punctum continuæ partes, conſpicuntur duo, quorum unum eſt principium, & alterum eſt finis alterius partis; motus ſecur non ita tangit partes, ut eas determinet, vel diſſiſſat, vel ita quod per cum numerentur partes continui, nec proportionales, nec æquales, quia numeratio ſit per ſignationem partium modo explicatam, unde ſalutari illi, qui dicunt, motum fieri non per partes proportionales, ſed per æquales, nam neque æquales designantur per motum, quo continuus ſine interpoſita mora à termino à quo ad terminum ad quem decurritur.

88. Hæc Pendaſi expoſitio coteris anteceſſit, & hunc genuinum arbitramur fuiſſe Ariſt. ſenſum; verum Amic. tract. 15. quæſt. 7. art. 9. eam vexare conatur; quamvis paulo infra in eodem art. iunctis pedibus probatur in ipſam, ait enim, impoſſibile eſſe pertransire continuum, ut extenſum, niſi pertransiantur partes, nam eſſentia extenſionis non conſtat ex aliis, niſi ex illis partibus, ergo non poſſet pertransiri continuum, ut unum, ſed ut conſtat ex illis partibus, quia motus magis reſpicit terminum, ut dicit pluralitatem, quam ut dicit unitatem, quia conſiſtit in acquiſitione partis poſt partem. At hoc præſta expoſitione nos non debet retrahere, quavis enim verum ſit, quod concomitantur ad motum nos numeramus per designationem partes æquales continui, eò quod videmus, mobile acquirere modo hanc, modo ulteriorem ſpatii partem; tamen formaliter ipſe motus non eſt inſtrumentum, eò dividitur, vel deſignatur partes continui, ſed reſpicit illud ut unum quoddam extenſum continuè pertransiendum; non tamen ob id aſſerere intendimus, quod reſpicit continuum, ut unum quoddam ſimplex, immò conſtante aſſerimus reſpicere illud, ut compoſitum ex pluribus partibus actu inter ſe diſtinctis, ſed quia cum tali diſtinctione ſit incluſio unius partis in alia, & inſiſtarum in una determinata, ideò dicitur pertransire infinitas per accidens ex Ariſt. 8. Phyl. 68. quatenus nimirum proportionales continentur in æqualibus, & hoc eſt, quod dixit Scot. 1. diſt. 3. quæſt. 2. ad 3. infinitum pertransiri poſſe, & cognoviſſi, non tamen ſecundum modum ſue infinitatis, qui eſt accipere numerando unam illius partem proportionalem poſt alteram.

Sed licet vi argumenti Zenonis factum de partibus ſpatii quocumque modo declinari poſſit, dicendo, quod mobile pertransire ſucceſſive ſpatium ſine numeratione partium ejus, quia pertransit ſine determinatione, & alia eſt ratio motus, alia numerationis, ut notat Ariſt. lib. de lineis inſecab. ex quo fit, partes continui per numerationem ſuſcipientem non poſſe pertransiri, quod tamen per motum; tamen ſi argumentum à fluxu motus ad fluxum temporis tranſferatur, diſſimulari non poſſet, nam dum fluxit tempus, cerè ſingule partes ejus numerantur, una enim hora medietas prius accipitur, quam alia, & prius dimidium huius medietatis, & ſic deinceps; & tamen non obſtante tali partium proportionalium enumeratione ad finem horæ pervenitur, & ergo partes proportionales in tempore non erunt infinitæ, & ſic quocumque erit de partibus motus.

89. Adhuc tamen per eandem doctrinam vi argumenti declinanda eſt, negando, quod tranſitus temporis, & horæ ſit per numerationem partium, tranſit enim hora, ut totum quoddam unum habens extenſum ſucceſſivum, habens plures, & infinitas partes minores, & minores in maioribus tamen, & determinatis incluſas, horæ autem diviſio in partes æquales, & propor-

tionales determinatas ſit à nobis (nam alioquin à parte rei ſunt invicem unitæ, & continuæ, &) poteſt utique protulæ in infinitum. Hæc de argumento Zenonis, quibus acquieſcere debemus, tum ob reverentiam majorum, qui ita reſponderunt; tum quia nihil adhuc occurrat, quo plene huic argumento ſatiſſeri poterit, neque id nos à ſententia Peripat. deterere debet, quia ut docet Ariſt. 8. Phyl. 22. infinitas eſt intellectus propter apparentes rationes ſenſatam relinquere probationem, & lib. de lineis inſec. dicit, imbecillis, & ignavi ingenii eſſe opinari aliquam, quam evidens ratio evincit, ideò deletere, quia aliquid argumentum non poteſt plene ſatiſſeri, ſunt enim apud nos, inquit, falſa permixta veris, & ea ſæpe mens noſtra agere diſtinguit.

Tertio, quia Ariſt. fundamentum ad ſolvendum Zenonis nodum in eo conſiſtit, quod numerus partium infinitarum incerte magnitudinis poſſunt pertransiri, quatenus ſunt ita ad invicem diſpoſitæ majores minores includentibus, quod conſtituunt, ſi nitam magnitudinem, & magnitudo abſolvitur per motum, non multitudine; Probatur modo, ex tali partium multitudine, inſiſtunt quoque extenſionem conſurgere debere, cum enim omnes huiusmodi partes ſit quanta, & ac proinde ſecum aliquam aſſerant magnitudinem, nec una ſe penetrat cum alia, ſed diſtinctam loci partem occupet, ex his cerè, quæ ſunt, quævis aliquam poteſt per includere in alia, nec aliqua tam modica aliquam poteſt, quin adhuc poſſint aſſignari minores, & minores in ipſa incluſæ, quæ diſtinctum locum non occupant, cum ſint partes ejus, quæ ratione poſſunt dici minores quali penetratæ cum maioribus, & partes æquales ſunt prioribus determinatæ, & ejuſdem quantitatatis, & una prioris extra locum alterius, & ideò ſi ſunt infinitæ, infinitam faciunt extenſionem eo prioris modo, quo ſunt infinitæ.

90. Reſp. neg. ſequelam, infinita enim magnitudo conſurgere nequit, niſi ex partibus infinitis determinatis, quarum una non continetur in alia, at ex partibus infinitis indeterminatis, hoc eſt, minoribus ſemper, & minoribus in infinitum, non ſiſt finita magnitudo conſurgere poteſt, licet enim omnes illæ partes ſit infinitæ, tamen etiam infinitè decreſcunt, & minores ſemper includuntur in maioribus, ex quo fit, quod licet in quantitate bipalmari palmus unus non competeretur cum altero, ſemipalmus tamen, quia communicat cum palmo, poteſt hac ratione dici penetrari cum eo, quia ratione talis communicationis non magis palmo extendit, quam ſi palmus illum non includeret, ſed eſſet entitas quoddam ſimplex carens partibus realiter diſtinctis, ex quo tandem ſit, omnes illas partes infinitas in quolibet certis incluſas non eſſe occupatas, niſi ſpatium toti continuo proportionatum, neque conſistere extenſionem majorem, quam faciunt illæ determinatæ, in quibus includuntur. Exemplo res maniſeſta fiet, ſit certa quæ copia, dividatur in decem decimas, conſideratur iterum, tum de novem dividatur in centiſimas proportionales reſpectu decimarum, planè illæ centiſimæ non conſiciunt extenſionem majorem, quam illæ decimæ, & ſi iterum illæ centiſimæ dividantur in milleſimas, non faciunt majorem extenſionem, quam illæ centiſimæ, & illæ decimæ, & hoc non alia ratione, niſi quia, ut dicebamus, ille proceſſus ſit ſemper verſus minoritatem, & verſus partes incluſas, & communicantes cum maioribus, & paucioribus, quæ proinde non faciunt extenſionem majorem, quam faciunt illæ majores, & pauciores, & per hoc ſolvitur argumentum, quo nititur Arriaz. cit. num. 35. offendere eſſe in continuo infinitas partes determinatas, cum enim una pars eſt minor alia, atque in ea incluſa dicitur indeterminata, ut explicavimus num. 50.

Sed urgebis, hoc ipſo, quod partes proportionales ſunt infinitæ, non ſunt communicantes, ergo infinitam conſtituent extenſionem, Probatur aſſumptum, ideò enim pars una dicitur communicare cum alia, quia in ea includitur, ut medietas ejus, ut ſemipalmus cum palmo, nam extenſio ſemipalmi includitur in extenſione palmi, at ſi partes proportionales continui ſunt infinitæ, inter ſingulas mediabit punctum; ratione cuius erit continuæ, & una extra aliam, atque ita neutra alteram includet. Reſpond. negando aſſumptum, ad cuius probationem dicimus, partes proportionales non eſſe ita inter ſe diſpoſitæ, ut inter hoc, & illud punctum mediet aliquæ certa, & ſic deinceps, ſed ita ſunt diſpoſitæ, ut quocumque aſſignata inter duo puncta, adhuc alie minores, & minores ſint assignabiles cum ea communicantes, & quamvis verum ſit, unam partem non communicare cum alia, ad cuius integritatem non ſpedat, ſed tantum cum ea copulari in puncto, ut palmus cum palmo, vel ſemipalmus cum alio ſemipalmo, comparando tamen partem minorem cum majori, ut ſemipalmum cum palmo, non dicitur cum ea puncto copulari, ſed in ea realiter includi, ut pars minor in majori.

91. Sed iterum dices, infinitæ partes proportionales inferunt infinitas æquales, ergo infinitam molem conſtituunt; Probatur aſſumptum, nam in quolibet continuo ſunt due medietates æquales, & in quolibet medietate due alie æquales, & ſic deinceps, atque ita in prima diviſione duas habebimus medietates æquales, in ſecunda quatuor æquales, poſtea oſto, deinde ſexdecim, & ſic in infinitum dabitur proceſſus per medietates hinc inde æquales. Reſpond. concedendo in hoc ſenſu infinitas partes æquales in continuo non invicem communicantes, quia illæ ſunt indeterminatæ, & in diviſione ſit ſemper proceſſus verſus minoritatem, unde de iſtis idem iudicium ferri debet, ac de proportionalibus in aſſeruenda magnitudine, ſunt enim ſemper minores, & minores, & quamvis una aliam non includat, tamen ſingule includuntur in maioribus, ex quarum diviſione oriuntur; quando autem negantur infinitæ partes in continuo, ſermo eſt de determinatis incluſis inter ſe certæ. Inſiſtis adhuc, partes proportionales infinitas æquales æquales etiam determinatas, & ejuſdem quantitatatis infinitas, non data magnitudine longitudinis palporum decem, & latitudinis

nis palmi unius, ſi diviſio ſit per primas duas medietates, & poſtea per medietates medietatum in infinitum, cerè quilibet illarum erit latitudinis palmaris. Reſp. negando ſequelam, quia diviſio, quæ procedit in infinitum, non ſit ſecundum eam rationem, ſecundum quam eſt æqualitas, ſed ſecundum longitudinem, ſecundum quam eſt inæqualitas partium, nam primæ due medietates erunt ſingule quinquæ palporum, alie ſequentes duorum & dimidii, & ſic deinceps, unde quando negantur in continuo infinitæ partes æquales, & determinatæ, ſermo eſt de partibus æqualibus ſecundum omnem dimenſionem, ſic enim molem infinitam conſtituerent.

Ex diſtis colligitur, quare ſi invicem continuarentur infinitæ partes æquales non communicantes, molem infinitam conſtituerent, non ſic verò infinitæ proportionales, diſcrimen enim colligi debet ex diverſo modo exiſtendi in continuo harum, & illarum, partes enim æquales eſſent actu in continuo determinatæ, tam quoad exiſtentiam, quam quoad tantitatem, ſingule enim eſſent determinatæ magnitudinis, & ſingule extra ſe invicem, ita quod non communicarent, niſi in puncto, partes autè proportionales non ita ſunt diſpoſitæ in continuo, eſto enim determinatè dici poſſint quoad exiſtentiam in continuo, & diſtinctionem unius ab alia, tamen quoad tantitatem ſunt prioribus indeterminatæ, cum una ſemper includatur in alia, nec aliqua tam modica aliquam poteſt, quin adhuc poſſint aſſignari minores, & minores in ipſa incluſæ, quæ diſtinctum locum non occupant, cum ſint partes ejus, quæ ratione poſſunt dici minores quali penetratæ cum maioribus, & partes æquales ſunt prioribus determinatæ, & ejuſdem quantitatatis, & una prioris extra locum alterius, & ideò ſi ſunt infinitæ, infinitam faciunt extenſionem eo prioris modo, quo ſunt infinitæ.

92. Quarto, ex hac partium proportionalium infinitate ſequitur, non eſſe plures partes in uno continuo, quam in altero, non plures in majori, quam in minori, non plures in Cælo, quam in grano milii, non plures in toto, quam in parte, ex quo deinde ſequitur, omnes magnitudines eſſe inter ſe æquales, nec totum eſſe majus ſua parte. Reſp. Conſimb. cum Greg. in 2. diſt. 2. quæſt. 2. art. 2. concl. 2. & Lich. 2. diſt. 2. qu. 9. ſ. Reſponſo ad primum, & C. gratis concedendo, non dari plures partes proportionales in continuo majori quam in minori, quia ſi darentur duo circuli, quorum major minor intra ſe continetur, tunc omnes lineæ à circumſcriptione majoris ductæ ad centrum tranſirent per circulum minorem. Ex quo patet, tot puncta in uno reperiri, quot in alio negant tamen conſequentiam alteram hinc illam, quod omnes magnitudines eſſent inter ſe æquales, & totum non majus ſua parte, quia magnitudo non oriatur ex multitudine partium proportionalium, ſed ex earum magnitudine, eò quod partes proportionales continui majores ſemper ſunt majores partibus minoribus.

Sed male conceditur prima ſequela, & negatur altera inde deducta, male conceditur, quod multitudine tot eſt proportiones in continuo majori, & minori, in toto, & parte; tum quia partes reſpectu totius non ſolum poſſunt conſiderari ſecundum magnitudinem, ſed etiam ſecundum multitudinem, & in utroque debet excedi à toto, quia totum continet quicquid eſt in aliqua parte, & aliquid amplius; tum quia ſi linea minoris circuli, & majoris extendantur in lineas rectas, & una ponatur ſub alia cum aliquâ diſtantiâ, clarum eſt, lineam majores circuli fore duplo longiorem, & tunc à ſingulis punctis lineæ minoris circuli poterit duci lineæ ad ſingula puncta unius medietatis lineæ majoris circuli, ſed non ad puncta alterius medietatis excedentes, ut deſcribamus art. præced. ad 6. ubi doctrinam Compl. circa hos circulos reſutavimus.

Idcirco Suar. in Metaph. diſp. 40. ſect. 5. num. 49. Ruvius tract. de Int. & de Cont. & lib. de Gener. tract. de raref. num. 137. & 138. admittunt, non ſolum majores, ſed etiam plures eſſe partes continui majores, quam minores, plura puncta in circulo majori, quam in minori, atque ita concedunt, unum infinitum poſſe eſſe majus alio materialiter, licet non formaliter. Contra; tum quia ut ſequitur diſp. dicemus, implicat, unum infinitum eſſe majus alio etiam materialiter, nimirum quoad res ipſas, ex quibus componitur, hoc enim directe deſtruit rationem ipſam formalem inſiſtentiam in hoc conſiſtentem, quod non habeat terminum, eum tamen habere admittit, majori materiali majoritate, ut ibi offendimus, ibi enim terminatur unum infinitum, ubi incipit alio excedi; Tum quia infinito repugnat excedi in eo genere, in quo eſt infinitum; Tum quia, ut inquit Canon. tandem deveniendum erit ad hoc, quod in continuo quolibet ſit infinitas inſiſtens partes, cum enim continuum quolibet continet infinitas partes proportionales in actu, quarum quilibet eſt ſimilitur diviſibilis in infinitas partes, planè in quolibet continuo erunt infinitas inſiſtens partes.

93. Compl. gratis concedunt, eſſe in quolibet continuo infinitas inſiſtens partes, adhuc tamen aſſerunt, plures eſſe in continuo majori, quam in minori, quia plures partes ſunt poſſibiles in infinitis inſiſtens, ſi enim multitudine partium infinitas incluſa bis, & pluries multiplicetur, major eſt, quam prædicta multitudine, unde ſi in una medietate continui ſunt infinitas inſiſtens partes, tot etiam ſunt & in altera, ſed multitudine partium totius adhuc erit major, quia talis multitudine inſiſtens inſiſtens bis ſumitur in toto, ſemel in ſingulis partibus. Sed multitudine huiusmodi partium in quolibet continuo inſiſtens inſiſtens, infinitas inſiſtens

patitur difficultates, ut ſeq. diſp. dicemus; nam præterquamquod multitudine ſic infinita implicat ex 3. Phyl. 37. hac admitti multitudine partium in omni continuo, non poteſt amplius defendi, plures eſſe in continuo majori, quam in minori, ubique enim erunt infinitas inſiſtens, unde auctores admittentes infinitum eſſe poſſibile, & dicentes, quilibet infinitam multitudine non poſſe eſſe ſemel infinitam; ſed debere eſſe infinitis infinitam, negant pariter, unum infinitum eſſe majus alio, & cum quolibet continuo continet infinitas inſiſtens partes, quarum ſingule tot alias continent, & toties, tandem ad hoc deveniendum erit, quod in unoquoque continuo erit infinitas inſiſtens partium multitudine, & infinitas quoque multiplicata, & ideò licet dari non poſſet multitudine infinita ſemel, ſed debet eſſe infinitis infinita, ſic quoque dari non poterit multitudine infinitis infinita, & ſemel ſumpta, ſed debet quoque eſſe infinitis multiplicata, & ſi eſt plus multiplicata in toto, quam in parte, reſcit difficultas, quod unum infinitum ſit majus alio. Ex hoc patet quam diſſiciliter hunc laqueum effugiant, qui ponunt partes proportionales in continuo infinitas in actu, & categorematice.

94. Præſtat igitur ponere illas infinitas ſyncategorematicè tantum, ſic enim ſalvatur, partes in continuo majore eſſe majores, & plures numero, quam in minori, etiam ſi utrobique ſit infinitas, quamvis enim infinitati categorematice repugnet habere majorem rationem actualitatis, & multitudinem in gradu ſupremo tamen infinitas ſyncategorematica poteſt habere majorem rationem ſubſtantialitatis, & indeterminatam, & ideò in infinito ſyncategorematico non repugnat dari magis, & minus. Sed quomodo infinitum ſyncategorematicum poſſit majus, & minus recipere, variè explicatur ab auctoribus hunc dicendi modum ſequentibus, quidam enim diſtinguunt in iſto infinito partes acceptas, & accipiendas, & ratione partium acceptarum ajunt, unum infinitum ſyncategorematicum eſſe majus, vel minus alio, licet non ratione accipiendarum, cum enim per diſſiſſionem palmaris habebimus duos ſemipalmos, per diviſionem bipalmari in partes ejuſdem quantitatatis habebimus quatuor ſemipalmos, & ita ſemper erit in toto proceſſu, quod plures partes in actu ejuſdem quantitatatis erunt acceptæ dividendo continuum majus, quam dividendo minus, ſed in potentia tot partes ejuſdem quantitatatis erunt accipiendæ in majore, quot in minori. Sed modus iſte dicendi tenendus non eſt; tum quia ſecundum hanc viam de partibus accipiendis redeunt difficultates omnes, quæ obijciuntur contra tepentes, tot eſſe partes in continuo minori, quot in majore; tum quia recipere majoritatem ſecundum partes acceptas eſt eam recipere ſecundum partes finitas, quia acceptæ ſemper ſunt finitæ, ſed etiam infinitum categorematice ſecundum tales partes magis, & minus poſſet ſiſcere. Ideò dicendum eſt, ſyncategorematicum infinitum etiam ſecundum partes accipiendas, quæ dicuntur infinitæ, poſſe magis, & minus ſuſcipere, unde Coſum ſi dividatur ſimul cum grano milii, dicitur majus eo, non ſolum quia partes ex ejus diviſione acceptæ, vel accipiendæ ſemper ſunt majores, ſed etiam quia ſunt plures accipiendæ ex uno quam ex alio. Et huius ratio eſt, quia de ratione partium ſyncategorematicè infinitarum, non eſt, ut ultra, vel præter illas non ſunt alie partes, ut de infinito categorematice, ſed ſolum ut ſint tot, quod illarum acceptio ſuccelliva ſinem habere poſſit; ut fuſe diſp. ſeq. quæſt. 1. art. 2.

95. Quinto urgeatur alia ardua difficultas, quæ totam videtur evertere doctrinam in præced. reſponſione allatam de infinitate ſyncategorematica partium, nam ſi ſunt actu in continuo, & non ſunt finitæ, ſed infinitæ, ergo erunt categorematice infinitæ, & non ſyncategorematicæ; Probatur conſequent, hæc enim eſt differentia inter utrumque infinitum, quod categorematice eſt, vel eſſe poteſt totum ſimul in actu, ſyncategorematicum verò partim eſt in actu, partim in potentia, unde ſemper includit ſucceſſionem, & potentialitatem, ita Ariſt. diſtinxit utrumque hoc infinitum 3. Phyl. 56. & 57. & Scot. quol. 5. ab initio.

Reſp. difficultatis huius ſolutionem pendere ex 1. quæſt. diſp. ſeq. art. 1. ubi aperimus diſcrimen inter infinitum categorematice, & ſyncategorematicum, multi namque falluntur in hac materia, ſupponentes, infinitam ſyncategorematicam non poſſe in rebus actu exiſtentibus reperiri, ſed tantum in illis, quæ ſunt in potentia quoad exiſtentiam, ſive partim in actu, partim in potentia, ſed hoc fundamentum eſt proſus ruinosum, quia eſto infinitas ſyncategorematica potentiam dicat actu admixtam in præſato ſentia, adhuc tamen reperiri poteſt in rebus actu exiſtentibus cum potentia actu admixta in alio ſenſu, & adhuc bene diſtinguitur ab infinito categorematice, nam de conceptu interſeco infiniti categorematice non eſt, quod omnino abſtrahat à potentia, neque ſyncategorematici, quod abſtrahat ab actu, quia ante mundi creationem nihil erat in actu, niſi Deus, ſed omnia in potentia, & tamen conceptus utriusque infiniti inter ſe differant, ſed propria ratio infiniti categorematice eſt hæc, ut tanta ſit multitudine, quod nequeat eſſe major, & ſint tot ejus partes, quod plures eſſe nequeant, hoc eſt in maxima, & ſuprema multitudine, & ita e contra infinitum ſyncategorematicum illud erit, cuius partes non tot ſunt, quin adhuc ſint plures, aut plures eſſe poſſint, nunquam tamen attingere maximam multitudinem, quæ ratio infinitatis infiniti reperiri poteſt in rebus actu exiſtentibus, de quibus affirmari poſſit, quod non ſunt tot, quin adhuc ſint plures, nunquam tamen dici poſſit, quod ſint ſimpliciter infinitæ, & in ſuprema multitudine. Ex quo colligitur, numerum



rum syncategorematicè infinitum, sive sit in rebus actualibus, sive potentialibus, mediare quodammodo inter simpliciter finitum, & simpliciter infinitum; nam numero finita simpliciter dicuntur, & cum tot sunt, & non plura; infinita simpliciter, cum dantur ea, quæ dici possunt simpliciter infinita, & in maxima, & suprema multitudinis infinita syncategorematicè tandem, cum quæ dantur, sit ad plura aut potentia sine termino, nunquam tamen in tanta multitudine, ut dici possint simpliciter infinita, & idem dici solet numerus esse finitus in infinitum; Id autem genus infiniti, infinitum in potentia dici consuevit, & penes potentialitatem explicari, non quia partes illius omnes esse debeant in potentia objectiva, vel partim in actu, partim in potentia, ut omnes ferè imaginari sunt, sed propter illam innatam indeterminatorem, quam semper includit, sive sit totum in actu, sive totum in potentia, sive partim in actu, partim in potentia, in quocumque enim statu semper hanc indeterminatorem habet, quatenus omnes ejus partes nunquam possunt simul, & semel accipi, idem numerari, & signari, sed quibuscumque acceptis, vel signatis remanent adhuc alie infinitæ, seu finitæ in infinitum signanda, & accipiendæ, unde modus infiniti finitæ ejus consistit in accipiendo partem post partem successivè, ut docet Scot. 1. d. 3. q. 2. ad 3. quæ doctrina de infinito syncategorematico traditur à Scot. 2. Met. quæst. 6. §. 4. ad rationes 1. & sequitur Tromb. tr. de plurif. anim. cont. Averr. art. 2. p. 2. in resp. ad 6. & Averr. q. 22. sect. 8. ad 3. & quamvis hæc indeterminatio infiniti quocumque categorematico conveniat, tamen peculiariter modo tribuitur syncategorematico, ut explicabitur disp. seq. q. 1. Et ex hac doctrina bene intellecta solvitur argumentum, quo Ariag. cit. sect. 3. probat in Arist. sententia partes nedum proportionales, sed etiam determinatas poni debere, actu, & categorematicè infinitas.

96. Sexto demum obijciunt probando, quod continuum non sit in infinitum divisibile, quia tunc saltem à Deo posset secundum omnes partes dividi, & tunc velletur infinitum, quod est contra suppositum, quod continuum sit in omnes, & singulari per partes divisibile, vel indivisibile, & tunc ex indivisibilitate componeretur; Adsumptum probatur, quia omni potentie activæ correspondet passiva saltem supernaturalis. Resp. ex Arist. 9. Met. tex. 10. duplicem esse potentiam una est ad actum perfectum, & adequatum, qui potest totus, & simul acquiri, altera ad actum imperfectum, & inadequatum, qui non potest simul acquiri, divisibilis ergo continui, seu potentia ad dividi non est potentia aliqua passiva, quæ possit quo actu adequato perfici, sed est potentia ad actum semper inadequatum, & imperfectum, ut docet Arist. 3. Phys. 57. Sed contra id obijciunt, paradoxum videri, quod Deus per totam aeternitatem nequeat dividendo, exhaurire quidem acutissimæ acutis, oculum pulvis. Resp. utique paradoxum hoc esse, videtur P. Fabio Theor. 52. ubi proinde in fine negat, continuum esse divisibile in infinitum etiam secundum partes ejusdem proportionis, nam etiam secundum illas dividendo, ait, continuum consumi. Sed planè toto aberrat Cælo, quamvis enim per instrumenta Physica dividendo tandem sit devenire ad partem, ita minimam, ut amplius non possit Physice dividi, unde docet dici minimum naturale, & indivisibile Physicum, tamen hoc ipsum a parte rei plures in se continet partes, in quas potest à nobis saltem cogitatione distribui, & à Deo etiam realiter dividi; neque hoc est paradoxum, quia id manifestè ratio Physica, & Mathematica demonstrat, & difficultas id capiendi oritur ex nostra falsa imaginatione, quæ concepit divisionem fieri per partes sensibiles, & ex hac difficultate deinceps efficit humanæ ingenia, quorum imbecillitas tanta est, ut nec compositionem unguis periphere valeant. Hinc etiam solvas aliud simile paradoxum, quod obijci Ariag. cit. sect. 6. nimirum ex divisione acut tot partes extrahi posse, quot sufficiunt ad totum Cælum tegendum,

### Q U Æ S T I O III.

An quilibet continuum terminus habeat suam magnitudinem, & parvitatem.

97. Hæc utique quasi Mathematicè locuti sumus de continuo, quo ad suam compositionem, quatenus ex partibus semper divisibilibus constat, & nulli datur partus indivisibilis, sicut punctum; in præsentem consideramus ipsum secundum dispositionem quandam naturalem, an scilicet ex propria natura petat terminos tam versus magnitudinem, ut non possit sub quacumque magnitudine existere, quam versus parvitatem, ut nequeat ad aliter in quacumque partem dividi, an vero indifferens sit ad quamlibet magnitudinem, & parvitatem quod potest inquiri tum in ordine ad naturalem potentiam, tum in ordine ad supernaturalem. Diximus ex propria natura, nam per accidens continua possunt esse utroque modo determinata, imò de facto sunt terminata tam versus magnitudinem, quia nullum corpus Cælum transeundit, & quælibet qualitas est determinata intentionis, quia consequitur naturam suam, & potentiam agentis quæ finita, & determinata sunt, quam versus parvitatem, quæ cum sublimitate præstent contrariis sunt prædicta, non potest reperiri continuum aliquid in infinitum minus, & minus, quamvis taliter sit divisibile in potentia, quia statim converteretur in continens aliquo modo contrarium, cui non posset resistere, sic notat Scot. 2. d. 2. q. 9. P. & hoc est, quod alii dicunt, in toto dari partes per se existentes, quæ scilicet propter suam magnitudinem possunt separari existere, alias dici inexistentes, quæ licet non possint per se, & solitarie existere, inexistant tamen in toto.

98. Secundo accipiendum est, utrumque terminum, & versus magnitudinem, & versus parvitatem dividi in intrinsecum, & extrinsecum. Terminus magnitudinis intrinsecus est magnitudo illa, quam res potest pervenire, non tamen potest sub majori reperiri, ut si leo dicitur palmarum erit terminus leonis, quia ultra illam nequit pertransire, erit etiam intrinsecus, quia potest illam attingere, adeo quæ appellatur maximum quod sit, quia inter magnitudines, quæ potest attingere, hoc, hæc est omnium maxima. Terminus magnitudinis extrinsecus est magnitudo illa, ad quam nequit res pervenire, bene tamen esse potest sub quacumque minori, ut si leo non potest esse sub magnitudine octo palmarum, sed sub quacumque minori, hæc magnitudo erit terminus extrinsecus, quia non potest attingi à leone, & vocari solet minimum quod non, quia inter magnitudines, quæ nequit attingere leo, quales sunt novem, decem palmarum, &c. magnitudo octo palmarum est omnium minima. Terminus parvitatis intrinsecus est parvitas illa, sub qua potest reperiri res, non tamen sub minori, ut si leo non potest esse minor palmo, parvitas palmaris erit terminus intrinsecus parvitatis leonis, & dicitur minimum quod sit, quia inter omnes quantitates minores, sub quibus esse potest leo, palmaris est omnium minima. Terminus extrinsecus parvitatis est parvitas illa, sub qua nequit esse leo, sed quilibet majori, ut si leo non possit esse sub quantitate palmaris, sed sub quilibet majori, & minimum quod non appellatur, quia inter quantitates omnes, sub quibus nequit esse leo versus parvitatem, ut sunt medicæ palmi, quarta pars, &c. palmaris est omnium maxima. Hæc autem est advertendum, quod sicut in modis incipiendi, & desinendi tam intrinsecis, ut sunt primum esse, & ultimum esse, quæ explicatur (ut disp. 1. dicimus q. 2.) per hoc quod est, nunc res est, antea non erat, incipit, vel, post non erit, si desinit tam extrinsecis, ut ultimum non esse, & primum non esse, & explicatur, nunc res non est, post erit si incipit, vel antea non existit, si desinit, ut si posuit per temporis instanti, & indivisibili, ly antea, vel post significat, & dicitur indivisibile, sic in præteriti termini maximum quod sit, &c. dicitur indivisibile illud terminans partes continui intrinsecas, vel extrinsecas rei divisibilis.

Et ut ordinatè procedamus ad duo capita, polius res omnes divisibiles reducere, vel enim sunt animata, ut plantæ, & animalia, vel inanimata, ut reliqua corpora substantialia, quantitas ipsa, & qualitates, tam secundum extensionem, ut materiales, quam secundum intentionem, ut omnes, sive materiales, sive spirituales, & quia solum de rerum divisibilium terminis loquimur, non agemus de terminis potentialium, de quibus commodius in lib. de Gen. dicimus in disp. de actione, & de reactione q. 5. de qualitatibus vero loquimur, non quidem ut dispositiones sunt ad generationem substantialem, ut sit enim ad eodem librum attendit in disp. de alteratione quo. 6. sed tantum secundum proprias naturas.

99. Circa res inanimatas est prima opinio aliter terminum intrinsecum magnitudinis habere, quam sustinet Scotus illi quod sit infinitum syncategorematicum versus maximum negant, ut disp. seq. dicimus, Jan. quoq. Phys. q. 16. Compl. disp. 27. Phys. q. 1. & Ferrib. q. 7. quod aliter etiam Marius 1. Phys. lect. 2. qu. 3. concl. 4. de mixtis inanimatis etherogenicis. Alii vero licet terminum magnitudinis non admittant, ponunt tamen terminum parvitatis, ita committit Tho. cum D. Tho. 1. p. 2. a. 3. Duran. in 2. d. 18. q. 1. Greg. in 1. d. 17. q. 2. 2. 3. Tol. 1. Phys. q. 9. Comp. c. 2. Marius lect. c. 4. & lect. 3. q. 3. Zanar. 8. Phys. q. 9. Son. 8. Met. q. 22. unde tam alterationem quam generationem substantialem negant successivas esse, sed vel totas morales interpolatas, ut in instanti aliquo agens solium alteret substantiam, vel generet, & in tempore sequenti quiescat usque ad aliud inflans, in quo aliud minimum producat, ut Sonc. vel quod solum in primo instanti agens producat minimum aliquod qualitatis, vel substantiæ, sed postea continuè alteret substantiam, vel generet, & hoc quia cum præcedat aliquod qualitatis, vel substantiæ, nunquam existit medicæ minimi qualitatis, vel substantiæ separata, nam præexistenti continuatur, ut Greg. At Conim. 1. Phys. lect. 4. q. un. a. 7. concedunt in generatione substantiæ materialis minimum quod sit, sed in conformatione terminari dicunt maximo quod non, & extrinsecè, in quælibet nullum terminum admittunt. Scot. tamen in 2. d. 2. q. 9. C. & seq. & lit. N. nullum terminum in non viventibus agnoscit tam quod 3. magnitudinem, quam quod parvitatem, sive substantialem, sive accidentialem, quæ ferè omnes Recentiores sequuntur, Ruy. 1. Phys. q. 2. Arist. 1. de Gen. q. 35. Dand. 2. de An. digress. 21. Averr. q. 38. lect. 2. Amic. tr. 16. d. 2. dub. 3. & q. 3. & Scotus omnes præcipue de termino parvitatis tractat in 2. c. Fab. theor. 36. Tat. 1. Phys. q. 4. Sghemata digress. 3. q. 5. nam de termino magnitudinis est diffidendum in inanimatis, & Reg. Parisiensi. p. Phys. q. 6. collat. 3. Non minor dissensio est circa virtutem, nam aliqui in ordine ad naturam admittunt terminos magnitudinis, & parvitatis, sive extrinsecos, ut Venet. 1. Phys. tex. 38. not. 1. ad 4. sive intrinsecos, ut communis; Alii vero distinguunt, nam vel termini considerantur, ut ex propria natura haberi possunt, & sic intrinseci sunt, vel quatenus per accidens acquiruntur, si inflantur, infirmata &c. & hoc modo sunt extrinseci, ita Tol. Scot. Murcia Conim. verò ar. 2. distinguunt, ut de non viventibus substantiis dixerunt. In ordine tamen ad potentiam supernaturalem, aliqui omnem terminum negant, ita Pater Sghemata cit. & Parisi. Alii utrumque admittunt; Alii ut Marius lect. 2. q. 5. negant terminos, sed addunt, non posse poltea proprias operationes exercere. Quas opiniones probabiles putat Amic. q. 2. dub. 4.

A R.

### ARTICULUS PRIMUS.

Deciditur quæstio quædam continua inanimata.

100. Decidendum est, nullum inanimatum continuum ex propria ratione terminum habere magnitudinis, & parvitatis; nisi velimus dicere habere terminos extrinsecos, qui versus maximum sit infinitum actu, & versus minimum sit punctum. Concl. est Scot. cit. & quod ad magnitudinem probatur commodius sequenti disp. 1. ostenditur, possibile esse infinitum syncategorematicum in quolibet continuo, & rationes in contrarium adducuntur. Quo verò ad parvitatem prob. 1. rationibus communibus omnibus continuis. Tum quia inquit Scot. essentialiter est continuo posse dividi in partes, ergo essentialiter etiam erit cuilibet parti posse per se esse, ergo si daretur minimum illius speciei, quia possibile est partes per se existere non erit impossibile, quia possibile posito in esse, non sequitur impossibile, aliter non esset possibile. Tum quia partes ille sunt ejusdem rationis cum toto, ergo si per existere convenit toti, conveniet etiam partibus omnibus. Tum quia quod habet naturam specificam, non repugnat illi esse individuum illius speciei, & consequenter per se existere, quia hoc præsupponit illi, nam individuum est individuum a se, & divivum a quocumque alio, sed partes omnes participant eandem naturam, & totum, & independenter à toto, & à quolibet parte, non enim una pars est talis naturæ propter aliam partem, ergo una pars potest simpliciter esse independenter ab alia, ergo non est debilis pars aliqua continui, quin alia minor sit possibilis. Nec valet, quod ait Greg. quod sicut partes in se existentes minores minime possibiles per se existere non possunt, ita non possunt esse individua illius speciei, & utrumque illis reputatur ex propria natura, ut in viventibus pars separata nequit existere. Non valet, quia hoc improbat argumentum, si enim quælibet pars habet quidditatem, & essentiali igni v. gr. contrariam per differentiam individuum distinctam à quidditate alterius partis, propriam habebit existentiam distinctam, & sic posset, cum sit individuum completum, per se existere. Exemplum de animali non currit; quia animal determinat sui minimum, ut dicemus art. seq. imò est ad oppositum, quia ratio hoc ostendens non militat in non viventibus. Tandem partes sunt priores toto, quod constituunt, ergo non repugnat illis esse fine toto, quia omne prius fine posteriori potest esse.

101. Resp. Marius ex Capr. esse in potentia, fæ possibile, dupliciter intelligi potest, quod quod reducat ad actum per propriam existentiam quomodo secundum nos aliquid dicitur esse in potentia objectiva, & ad actum revocatur, cum actualiter existit; secundum quod revocatur ad actum per existentiam non propriam, sed alienam, ut homo est in potentia albus, quæ potentia ad actum non per existentiam hominis, sed albedinis in ipso, & dicitur à nobis esse in potentia subiectiva, in proposito dantur in minimo naturali partes inexistentes, in quas potest dividi totum, non quod revocetur ad actum per proprias existentias, ita ut separata à toto existant, aut possint existere, sed in quas dividi potest secundo modo, ita ut existant per existentiam totius, ac proinde huiusmodi divisio nunquam revocabitur ad actum, quia requireretur, ut existerent per propriam existentiam, quod est impossibile, illa vero prospectio possibile posito in actu, non sequitur, aliquid impossibile est vera de possibili, quod separatum ex se potest existere, non vero quod nequit esse per propriam existentiam, ut sunt illæ partes inexistentes minimi naturali.

Sed ista responsio, præter quamquod manet ex dictis impugnata, eo quia ostensum est, quamlibet partem posse per se existere, cum sit completum individuum speciei, adhuc de se ruit, nam divisio actualis dicit separationem partium à toto, ita ut propria existentia existant, non existentia totius, ergo si partes in minimo existent non possunt ab ipso separari, nec etiam poterunt inter se dividi, ergo nullo modo totum est impossibile, sicut homo non habet potentiam ad formam lapidis recipiendam, quia hæc potentia non posset actuari nec existentia propria hominis, nec existentia aliena, scilicet formæ lapidis in ipso.

102. Secundum prob. de qualitate (nam de quantitate, ut si omnes concedunt) si datur minimum in qualitate, ergo in instanti, non in tempore acquireretur, quia indivisibile nequit in tempore produci, unde animalia per hoc incipiunt per primum sui esse, ut fuit in disp. 14. dicimus, sed hoc est falsum, ergo &c. falsitas probatur, vel enim tota qualitas produci per ista minima ab agente, vel agens lumen in primo instanti produci primum minimum, sed postea intendit illam successivè, quomodo non datur minor qualitas, quam minima, quæ quæ adventu non separatè existit, sed præcedenti unitur; non primum, quia agens quicquid per tempus, quia potest instanti non est aliud inflans sed tempus, & tamen est tempus applicatum, non impeditur, in quo tempore nequit subiectum disponere, ut aliqui dicunt, quia ista dispositio esset qualitas, & cum in tempore produceretur, iam minimum non haberet primum productum. Tum quia Sol per motum medio applicatus cunctis illuminat medium, & in tempore, non in instanti, quia in tempore approximatur, non in instanti, & agens, quo est proximus, eo magis qualitate intendit. Tum quia si habet potentiam produci totam qualitate, nec adeo impedimentum quia potest in instanti vincere resistentiam passivi, cur in primo instanti unum mi-

nimum qualitatis tantum producit, & non totam qualitate? nihil enim recipit agens in tempore medio, per quod eius potentia augetur, vigor enim ille, quem ponit Sonc. de novo adventu, est secundum ipsum propter majorem approximationem, ergo quia in tempore vigoretur, cum approximat in tempore, sicut in tempore quoque producit qualitatē, & consequenter non poterit aliqua minima pars assignari, quin minor fuerit præexistens in infinitum. Si vero solum in primo instanti produceret primum minimum, sed postea successivè ageret, & in tempore sequenti prius produceret medietatem minimi, quam aliud minimum. Contra quia daretur primum mutatum esse moris, contra Arist. 6. Phys. ut videbimus disp. 14. de motus inceptio. Tum quia successio in motu provenit ex aliqua resistentia, vel mobilis, vel formæ, vel contrarii ipsi agenti, ergo cum in minima subiecti parte, in quam primo agit sit qualitas contraria, non poterit in instanti calorem illum inducere; Prob. consequentia, si in tempore sequenti successivè alterat propter frigoris resistentiam, multo magis in principio alterationis ubi maior est resistentia frigoris, quia ponitur in principio partem determinatam frigoris destrui, sed in tempore sequenti inde terminatam, quod autem majus est resistentis, & extensivæ, & intensivæ, fortius resistit. Faciunt etiam contra hanc modum dicendi rationes contra præcedentem assignatæ.

103. Tandem principaliter prob. assumptionem de qualitate, quod non habet minimum in extensione si hoc esset, tunc in ultima parte sphaeræ agentis deberet in tale minimum qualitatis assignari, applicetur aliquod corpus totam partem minimam sphaeræ occupans, iam agens produceret in illo corpore minimum qualitatis, tunc elongetur corpus per medietatem, ita ut minima illa sphaeræ pars occuparetur secundum medietatem proximioris agentis ab ære subintrante, & secundum remotioris ab illo corpore, quærimus, vel adhuc, & corpus illud habebunt in se qualitate aliquam, vel nullam, vel actus solam, aut corpus solum, sed in tempore, ergo cum illæ qualitates actu sint divisæ, quia in subiectis divisibilibus, licet contrariis reperirentur, daretur minor qualitas, quam sit minima signata, quod est nostrum intentum, idem sequitur, si unum illorum tantum haberet qualitate; si secundo, ergo agens non ager per totam sphaeram, etiam si à nullo impediat; divisio enim illorum corporum non impedit, aliter si talis applicatio foret in primo minimo sphaeræ proximo agenti, impediretur tota activitas agentis, quia non potest agens agere in distans actione ejusdem rationis, & quando medium est susceptivum, nisi prius agat in medium, & si hoc Adversarii non habent pro absurdo, non possumus alio modo absurditatem ostendere, nisi ipsos maximo igni in tali dispositione applicare, nam tunc experientia vidit nostram sententiam sententiam veram esse, faciunt insuper rationes, quibus in lib. de Gen. alterationem successivam esse demonstratur, præcipue ex actione uni formiter diffusi agentis in passum scilicet quod agens intensior rem qualitate in propinquius producit, & debita proportione remissior in remotius.

104. Tertiò idem prob. de continuis substantialibus non viventibus, præterquam quod rationes adductæ pro qualitate, probant etiam de istis; Datur minima pars subiecti, in qua primò petit v. gr. esse forma ignis, ista pars est divisibilis secundum omnes dimensiones, & consequenter non erit æque agenti approximata, ergo prius agens introducat dispositiones prævias in prima medietate, quæ in secunda, quia agit uniformiter diffundit, quando ergo divinit secundum medietatem, vel agit in primam, vel non? si agit, ergo cum omnes dispositiones introduxerit, remanet introducenda forma ignis, & sic habet intentum; si non agit, ergo quia secundum Adversarios dispositiones ultimæ expellunt substantialem formam, iam illa medicata materia disposita erit omni substantialem forma spoliata. Tum quia cum non omnia corpora eundem terminum sibi determinarent, posset dari pars aliqua stupæ, vel pluris igni applicata, quæ minor sit illa mole, quam sibi determinat ignis, quæ nunquam combureretur, & tamen pars aliqua major longius existeret combureretur; dicere autem, hoc provenire quia caret debita dispositione molis est petitio principii, hoc enim impugnat. Tum quia si ignis minimum quod sit habet generationis, ergo lignum non habebit minimum quod sit, sub qua petat necesseario esse, Prob. confectio, si moles illa esset minimum quod sit respectu ignis, & ligni in eodem instanti erunt formæ ignis, & ligni in materia, quæ utraque requiritur quantitate habent, quod est falsum, & contra ipsos Adversarios, vel materia esset sine forma tempore illo medio inter instanti, in quo lignum fuit sub minimo quod sit, & instanti, in quo ignis habuit sub minimo quod sit.

105. Dices cum Conim. quam responsum videntur sequi Compl. cit. lignum, & quodlibet inanimatum in generatione esse intrinsecè determinatum per minimum quod sit, at in conformatione solum terminari per maximum quod non, & extrinsecè, quod erit minimum quod sit formæ ignis, & sic nullum inconveniens, prius enim requiritur ad generationem rei, quam ad ejus conservationem. Contra, per generationem rei accipit existentiam, per conservationem requiritur ad generationem rei, quia recipit existentiam requiritur etiam ad conservationem ejusdem existentie, quia est eadem omnino existentia, ergo vel res nullum habebit terminum parvitatis intrinsecum, vel tam in generatione, quam in conformatione habebit. Dices, saltem habebit terminum extrinsecum in generatione, & conformatione, quod sufficit. Contra, quia eadem ratio fieret postea de igne generando, qui si habet maximum quod non in